

Kc  
3008



*Vol. 24.*



Q. D. B. V.

REPETITIONUM COLLEGII  
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.  
DISPUTATIO SECUNDA  
DE

# HERILII ET PATRI- A POTESTATE,

*Ex Lib. 1. Tit. 3. & seqq. usq; ad  
12. Instit. Jur.*

THESES XXX. Continens;

QVAM

AUCTORITATE ET CONSENSU  
MAGNIFICI IURISCONSULTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA,  
PRÆSIDE

DN. MARCO RHODIO, J.U.D.

COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.

*DOMINO PATRONO ac PROMOTORE SUO*

*MULTIS NOMINIBUS DEVENERANDO,*

IN ACROATERIO JURISCONSULTORUM,

MARTINUS ARNOLD, Lesn. Polon.

AUCTOR & RESPONDENS,

*Ad Diem XI. SEPTEMB. A.M.DC.LXXXIV. horis matutinis solitis,*

*Publicè ventilandam proponit.*

---

Francofurti ad Oderam, Typis JOH. COEPELII, Acad. Typ.



G. B. V.  
REPETITIONUM COLLEGI  
AD IURIS PRINCIPALIA  
DISPUTATIO SECUNDA  
DE

HERILLI ET PA-  
TRIA POTESTATE

AVGVSTVS

THESIS XX. Cognitionis

LEGIS NATURALIS ET CONVENTVS

MAGISTRVS IURIS

AVGVSTVS

PRIVVS

AVGVSTVS

AVGVSTVS

AVGVSTVS

AVGVSTVS


AVGVSTVS

AVGVSTVS

AVGVSTVS

AVGVSTVS





Q. D. B. U.

REPETITIONUM COLLEGII  
*ad Instit. Jur. Imperial.*  
DISPUTATIO SECUNDA.

INGRESSUS.



Pecialia inter Juris Romani principia, ea, quæ Herilem ac Patriam Potestatem attinent primum locum habent. Enim vero hæc utraqve latissimè quidem patet: at in compendium redacta à Justiniano Imper. & proposita à *Tit. 3. usq; ad 12. inclus. L. 1. Instit.* ipsius laude omni dignissimarum. Quippe ejus origo prima & causa, effectusqve varii, imò & dissolvendæ palmarii modi, intextis ex parte, quæ obsoleta quidem, at non penitus frustra sunt, hinc ob oculos ponuntur. Brevia ferè ubiqve verba, & factis concisa: sed plus eò nervorum præ se ferunt & ponderis. Desuetudine etiam inumbrata jam multa dixeris: at plura æterna lege nituntur; plurima imò, quæ in externo, quæ interno foro, hodieqve nos obstringunt. Mihi ergo volupe fuit, judicio fortis ob-

A 2

sequi,

sequi, & hanc Collegii nostri Disputationem secundam concinnare. Ausum DEUS O. M. secundet! ejusq; Gratiâ jam esto

### THESIS I.

**S**ervitus Juri Naturæ propriè contraria non est: sed potiùs exinde derivari possidetur, ob rationem, quâ primùm introducta; & insignem, quem, tam publicæ quàm privatæ rei, præbet usum.

*§. 2. J. de Jure person. Vid. quæ D. Becman: Pol. Parall. cap. 9. §. 4. ex Busbeqvii Epist. Turc. 3. alleg. Grot. de J. B. & P. Lib. 2. cap. 5. th. 27.*

### II.

Ut ex servis nati itidem servi fiant, nec æquitati contrarium est, nec Juri Divino repugnat.

*§. 4. J. de Jure Pers. & L. 5. §. 1. ff. de Statu homin. Genes. cap. 17. vers. 12. Ludwel, Exercit. 1. th. 17. lit. B.*

### III.

Manumissio in fraudem Creditorum facta ut non subsistat, consilium fraudandi, & ipse fraudis eventus conjunctim requiruntur. Cæteræ tamen res, quas obæratu debitor titulo lucrativo in alium transtulit, etiam consilio fraudandi non probato, revocari possunt.

*§. 3.*

*S. 3. J. Qui & quibus ex causis manumitt. non p. L. 5. C. de  
revocand. his, qua in fraud. Credit. Brunnem. in Exercit. ad d.  
S. 3. & in Comment. in C. ad d. L. 5. it. Hunn. V. R. L. 1. T. 2. qv. 13.*

#### IV.

Servis quodammodo injuriam inferri  
posse Jure Civili, verum est.

*§. 2. ibi: in tolerabilem injuriam. J. de his, qui sui vel al. jur.  
sunt. L. 15. §. 34. 35. ff. de Injur. Non obstat S. 3. J. de Injur. & L.  
32. ff. de Reg. Jur.*

#### V.

Hostes, postquam in servitutem redacti  
sunt, interficere amplius non licet: adeoq;  
Jus vitæ & necis in servos, non ex ipsa ser-  
vitudinis natura, fluit.

*§. 2. J. de his, qui sui vel al. Alciat. ad L. 239. §. 1. de Verb.  
Sign. Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 5. th. 28.*

#### VI.

Equidem Reipubl. interest, ne quis re sua  
malè utatur; non tamen ob id facile domi-  
nus re sua privandus.

*d. §. 2. J. de his, qui sui vel alien. L. 25. §. 11. ff. d. hered.  
petit.*

#### VII.

Posse Dominum invitum compelli, rem  
suam vendere, varias ob causas, extra dubium  
est: Imo quandoque, qui jussus eam vendere,  
non vult, puniri potest.

*d. §. 2. J. de his, qui sui vel alien. L. Annonam. 6. ff. de Ex-  
tord. Criminib. Schneid. ad d. §. 2. Brunnem. ibid.*

A 3

VIII. Ut

VIII.

Ut liberi ex justo matrimonio procreati in Patris, non autem Matris potestate sint, non tantum Juri Civili convenit: sed ex ipsa fluit Lege naturali. Quamvis nonnunquam fieri possit, ut non liberi tantum Matris, sed ut & Maritus Uxoris imperio subjiciantur.

*Arg. Rubr. §. de Patria Potest. & §. 10. §. de Adopt. Strauch. Dissert. Justin. 2. th. 3. Pufend. de J. N. & G. Lib. 6. cap. 2. th. 5. & in Element. Jurispr. Univers. Lib. 2. Obs. 5. §. 8. & 9.*

*DISSENT. Hobbes. de Civit. cap. 9. n. 3.*

IX.

Obligatio Liberorum erga Parentes non tam ex eo, quod ipsos genuerint, quam ex proba educatione oritur.

*Pufend. in Element. Jurispr. Univers. Lib. 2. Observ. 5. §. 10.*

X.

Uxor Maritum aliò migrantem, imò & ob delictum exulem sequi tenetur.

*§. 1. verb. individua vita consuetudinem. §. de Nuptiis, cap. 1. X. de Conjug. Lepros. Addatur L. 22. §. 7. ff. Solutio Matrim. Zæsl. ad ff. de Ritu Nupt. n. 11. Schneidew. de divorcio, n. 49.*

XI.

Si diversa Sponsalia publica concurrant, priora posterioribus præferuntur, licet ad hæc accesserit carnalis copula. Idem statuendum



endum videtur, licet posterioribus accesserit  
benedictio Sacerdotalis; DEUS enim non  
conjunxisse dicendus est, quos intemperans  
& effrænis junxit libido.

*Cap. 30. & 31. X. de Sponsal. & cap. 3. & ult. X. de Sponsa duo-*  
*rum.*

## XII.

Si Sponsæ per vim stuprum illatum fue-  
rit, impetrare Sponsus potest, ut Sponsalia  
dissolvantur.

*Can. Raptor. 33. & Can. Statutum. 34. C. 27. qv. 2.*

## XIII.

Quæ ab ebrio contracta sunt Sponsalia,  
rescindi possunt: non enim dicitur perjurus,  
qui non præstat, quæ ebrius inter vina pro-  
mifit.

*Arg. Can. Venter. 5. Dist. 35. Can. Sanè. 7. c. 15. qv. 1. Can. U-*  
*nusquisq. 8. c. 22. qv. 4. L. 76. ff. de R. J.*

## XIV.

Error circa accidentalia, e. g. formam  
& opes, matrimonium non vitiat. Quod  
adeò verum putamus, ut idem procedat, etsi  
dolus huic errori præbuerit causam, ut si  
fuco obduxerit faciem. Prudenter tamen  
agit, qui in contrahendo Matrimonio simul  
ad formam & opes respicit.

*Strauch.*

*Strauch. Dissert. 2. tb. 20. Sutholt. Dissertat. 2. §. 51. & 52.  
Jacob. Angl. Rex in Dono Regio lib. 2.*

XV.

Etsi Matrimonium citra Parentum consensum initum Jure Civ. pro nullo reputetur; nihilominus, si plenè fuerit consummatum, Jure Canonico subsistit.

*Pr. & §. 12. §. de Nuptiis. Cap. cum causa. 6. X. de Raptor.  
Wesenb. ad Tit. ff. de Rit. Nupt. n. 3. Mynsing. ad pr. §. de Nupt.  
Schneidew. de Nuptiis licit. n. 35. Berens ad Inst. Disp. 1. them. 4.  
qv. 9.*

XVI.

Contrahitur Matrimonium non Corporibus: sed de corporibus.

*L. 7. ff. de Ritu. Nupt. L. 8. C. de Incestis & inut. nupt. Can. 35.  
c. 27. qv. 2. cap. 14. X. de Sponsal. Add. L. 30. ff. de R. §. Wesenb. ad  
d. Tit. ff. de Ritu. Nupt. n. 3. Zœl. eodem loco n. 3. Gerhard. Exerc.  
Justin. Decad. 2. n. 2.*

XVII.

Ergo nil obstat, eandem Virginem esse atqve Uxorem. Sic Boleslaus Pudicus, Pol. Rex, Cunigundam Uxorem toto Conjugii tempore intactam reliquit, utroqve in perpetuæ virginitatis Sacramentum consentiente.

*Gerhard. Exerc. Justin. Decad. 2. n. 2. Pastor. in Flor. Pol.  
Lib. 2 cap. 13.*

XVIII.

Sola prohibitio Matrimonii inter Ascendentes

dentes

dentes & descendentes Juris Naturalis est: cæteræ autem Collateralium, quæ in Sacris literis continentur, ad Jus divinum voluntarium referendæ.

*§. 1. & 2. verb. Sed non tanta. J. de Nupt. Struv. ad ff. Exercit. 29. th. 47. & 48. Grot. de Jure B. & P. Lib. 2. cap. 5. th. 12. & 13. Zæf. ad ff. de Ritu Nupt. n. 14.*

### XIX.

His tamen non comprehenditur Matrimonium Comprivignorum, etiamsi partus communis intercesserit.

*§. 8. J. de Nuptiis. Non obstat textus Levit. cap. 18. vers. 11. Conf. Dn. Valandi Dissert. ad hunc loc. it. Mynsing, ad d. §. 8.*

### XX.

Sed Matrimonium cum defunctæ Uxoris Sororis filia interdictum puto, quoniam lex divina non tantum personas, quæ ibi enarrantur, respicit: Sed ad eas quoque, quæ eodem planè modo sibi junctæ sunt, extendenda est.

*Levit. cap. 18. vers. 14. & cap. 20. vers. 20. Struv. Exercit. 29. th. 37. 38. Schneidew. de Arb. Aff. n. 16. 17.*

### XXI.

Rectè Jure Civili & Canonico ultra Juris divini prohibitionem Matrimonia quædam interdicta sunt, scilicet in præmunimentum prohibitionum divinarum.

B

§. 11.

*§. 11. §. de Nuptiis. toto tit. X. de Consanguin. & affinit. Struv. ad ff. Exerc. 29. tb. 43. Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap 5. tb. 14. n. 3.*

## XXII.

Prohibitio de non ducenda defuncti fratris Uxore etiam ad Sponsam Ejusdem de præsententi extendenda est; quia incertum, ad quam amoris lineam pervenerint.

*§. 3. & 9. §. de Nupt. L. 8. C. de incestis & inutil. Brunnem. ad §. 6. §. de Nupt. Berens. ad Inst. Disput. 1. them. 4. qu. 1.*

## XXIII.

Consanguinitas non tantum ex veris nuptiis: sed ex quovis concubitu æstimatur.

*§. 10. §. de Nuptiis. L. 14. §. 2. ff. de Ritu Nupt. tot. tit. X. de eo, qui cogn. Consang. Uxor. sive vel spons.*

## XXIV.

Neque privignus Vitrici viduam ducere, neque noverca Privignæ suæ viduo nubere potest, quamvis sint in secundo affinitatis genere constituti; sunt enim sibi invicem Parentum liberorumque loco. Quin tamen dispensatione præviâ, fieri queat, vix dubito. Sed defunctæ Uxoris fratris viduam sibi jungere licet.

*§. 6. & 7. §. de Nuptiis. Carpzov. in Us. arb. Consang. & affin. 1. cap. 5. n. 63. seqq. Schneidevvin. ad Tit. de Nupt. de arbor. Affin. n. 13.*

## XXV.

Sexagenariis rectè, sublatâ L. Papiâ Popæâ

pæa, nuptias contrahere conceditur, si dissva-  
deri non possit: Castrati è contrario rectiùs  
prohibentur.

*§. 9. §. de Adopt. L. 21. C. de Nuptiis. Strauch. Dissert. 2. th. 9.  
Brunnem. in Jure Eccl. lib. 2. cap. 17. th. 2. & in notis ibidem.*

### XXVI.

Quotiescunqve contra Juris prohibitio-  
nem nuptiæ contractæ; nullæ eæ sunt de jure  
Romano. At moribus nefariæ dissolvuntur;  
non etiam incestæ omnes.

*§. 12. §. de Nupt. junct. §. 1. eod. & Levit. 20. vers. 20. 21.  
cap. Unic. verb. scienter. X. de Consangu. Carpz. in Jurispr. Eccl.  
L. 2. d. 83. n. 3. & d. 99. Struv. ad ff. Exerc. 29. th. 50. it. Brunnem. in  
Jure Eccl. Lib. 2. c. 16. n. 27.*

### XXVII.

Dissolvuntur etiam nuptiæ post trien-  
nium, si per maleficium impotentia causata  
fuerit; nec licitum est, à malefico petere, ut  
maleficium tollat, nisi sine maleficio tolli pos-  
sit; e. g. destructione seu effossione signi.

*Brunnem. in Jure Eccl. lib. 2. cap. 17. th. 3. & 4. Berens ad  
Inst. Disp. 1. them. 4. qv. 7.*

### XXVIII.

Per Adoptionem nobilitatis jura non  
transferuntur.

*Strauch. Diss. 2. th. 18. Dissent. Sutholt. Dissert. 2. th. 69.*

### XXIX.

Quarta filio arrogato debita, quam nos  
debitæ

debitæ ab intestato portionis esse statuimus,  
etiam ad modum legitimæ aucta videtur.

*§. 3. & 8. §. de Adopt. L. 6. C. de inoff. Testam. Mynsing. ad  
d. §. 3. §. de Adopt. n. 12. 13.*

XXX.

Deportatione jus Patriæ potestatis tol-  
litur, tantum quoad effectus Juris Civilis; non  
autem quoad vinculum Juris naturalis.

*§. 1. §. quibus mod. Jus Patr. Pot. solv. L. 17. §. 1. ff. de Pœnis.  
Mynsing. ad d. §. 1. n. 7.*



Kc 3008

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

ULB Halle 3  
006 374 700  


1077  
*[Handwritten signature]*







Q. D. B. V.  
 REPETITIONUM COLLEGII  
 AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.  
 DISPUTATIO SECUNDA  
 DE

HERILII ET PA-  
 TRIA POTESTATE,

*Ex Lib. 1. Tit. 3. & seqq. usq; ad  
 12. Instit. Jur.*

THESES XXX. Continens;

QVAM  
 AUCTORITATE ET CONSENSU  
 MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS  
 IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA,  
 PRÆSIDE

D<sup>N</sup>. MARCO RHODIO, J.U.D.

COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.  
 DOMINO PATRONE ac PROMOTORE SUO  
 MULTIS NOMINIBUS DEVENERANDO,  
 IN ACROATERIO JURIS-CONSULTORUM,  
 MARTINUS ARNOLD, Lesn. Polon.

AUCTOR & RESPONDENS,  
*Ad Diem XI. SEPTEMB. A. M. DC. LXXXIV. horis matutinis solitis,  
 Publicè ventilandam proponit.*

Francofurti ad Oderam, Typis JOH. COEPSELI, Acad. Typ.

